



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Praenestino apost. Sedis Legato, sancti Benedicti Cisterciensis
ordinis & Belliloci Abbatibus Virdunensis diocesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nem præstare noluerit, vel defecerit forsitan in prestanto, aut crimen ipsum rite probatum fuerit contra eum, per vos canoniam excipiat ultiōem. Illud autem vos attendere volumus ac mandamus, ut tales personæ ad purgationem hujusmodi admittantur quæ vicinæ sint & honestæ. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani I X. Kal. Aprilis.

*Scriptum est eidem in eundem modum pro
Pb. Archidiacono Pisciacensi. Datum ut supra.*

*Episcopo Prænestino apo. Sedis Legato, san-
cti Benedicti Cisterciensis ordinis & Belli-
loci Abbatibus Viradunensis dioecesis.*

*Epiſt. 13.
De accusatione
contra Episco-
pum Tullen-
sem.
Vide Chronicos
Senonienſe lib.
3. c. 1.*

Veniens ad apostolicam Sedem dil. filius P. major Archidiaconus Tullen- sem coram nobis & fratribus nostris ve- nerabilem fratrem nostrum M. Tullensem Episcopum super pluribus criminibus pu- blicè ac solemniter accusabat, afferens ip- sum esse simoniacum, dilapidatorem, per- jurum, quæ omnia se probaturum instan- tissimè proponebat; & super eis vinculum inscriptionis arripiens, se ad pœnam ca- nonicam, si in probando deficeret, obli- gabat. Verum quoniam accusare absen- tem tam leges seculares quam canonica prohibent instituta, libellum accusationis nobis porrectum in ejusdem Episcopi ab- sentia nequaquam duximus admittendum. Sanè ne maleficia remaneant impunita, & crimina subjectorum clausis videamus ocu- lis pertransire, quia ex officiis nostri debito corrigerem volumus & debemus, ipsum Archidiaconum ad vos, de quorum discre- tione honestatèque confidimus, duximus remittendum, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus vocatis partibus, su- per prædictis criminibus appellatione post- posita causam secundum formam cano- num audiatis, in ipso negotio usque ad dif- finitivam sententiam, quam nobis refer- vari volumus, legitimè procedentes. Pro- cessum autem vestrum cum allegationi- bus & attestationibus sub sigillis vestris inclusum nobis fideliter remittere debeatis, partibus competentem terminum af- signantes quo receptura sententiam no- stro se conspectui representent, nullis lit- teris ob harum tenorem tacitum &c. Quod si non omnes his &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani V. Kalend. Aprilis.



Canonicis Maguntiniis.

Bonæ memorie C. Archiepiscopo Ma- guntino Episcopo Sabinensi viam u. niverla carnis ingresso, cùm vota vestra se in varia divisissent, quibusdam petentibus Warmatiensem Episcopum, quibusdam verò venerabilem fratrem nostrum nunc Archiepiscopum vestrum, tunc Præposi- tum S. Petri Maguntinensis, sibi eligenti- bus in pastorem, dilectus filius Magister P. Scholasticus cum quibusdam aliis, pro illis qui Warmatiensem Episcopum postularunt procurator ad apostolicam sedem accessit, pro aliis verò dilecti filii E. & R. Clerici Maguntini venerunt, quorum al- ter institutus fuerat procurator. Partibus igitur in nostra præsentia constitutis, & eis in consistorio nostro diligenter & suffi- ciente auditis, de fratum nostrorum consilio venerabili fratri nostro Prænesti- no Episcopo apostolica sedis Legato dedi- mus in mandatis ut si eundem Episcopum quoad spiritualia vel temporalia recepisse constaret Ecclesiam Maguntinam, vel mi- nistrasse in spiritualibus aut in temporalibus in eadem, prout objectum fuerat ex adverso, postulationem factam de ipso sub- lato cuiuslibet appellationis obstaculo irritam nulliarer, de gratia nostra con- cedens eidem ut Warmatiensem sibi Eccle- siam rerineret. Nam de jure communi, quia præter auctoritatem nostram transire præsumpsit, utraque fuerat spoliandus, ut & ea carerer quam concupivit avarè, ac ea quam superbè despexit. Quod si parere contemneret, utraque ipsum Ecclesia de- nuntiaret auctoritate nostra privatum. Deinde inquireret de electione ipsius Ar- chiepiscopi diligentius veritatem; & si ei de vi, quam ipse & sui meruebant, con- staret, eo nonobstante quod post appella- tionem ad nos interpositam in ipsius fue- rat electione processum, cùm alij, qui ap- pellationi ad nos interposita non duxerant deferendum, uti contra ipsum hac exce- ptione non possent, quoniam frustra legis auxilium invocat qui committit in legem, (unde nec ab eis posse obici videbatur quod idem esset à paucioribus secundum eorum assertionem electus, cùm ipsi ap- pellationem ad nos legitimè interpositam contemnentes, & præter licentiam no- stram recipientes Episcopum memoratum, reddiderint se indignos) electionem Ar- chiepiscopi, dummodo nihil obstaret de canonicis institutis, sublato appellationis obstatculo